

BIAŁOSTOCKIE
TEKI
HISTORYCZNE
TOM 9/2011
ISSN 1425-1930

Jacek Brzozowski

Białystok

***Protokół procesu sądowego przeciwko Mikołajowi Taszyckiemu
i jego wspólnikom z roku 1538 w zbiorach Archiwum
XX Czartoryskich, 3347, nr 120, k. 194***

Wydarzenia spod Lwowa z roku 1537 miały swoje dalsze konsekwencje polityczne i prawne na dwóch kolejnych sejmach zwołanych przez Zygmunta I do Piotrkowa (6 styczeń 1538–14 marca 1538) oraz Krakowa (20 grudnia 1538 – 7 marca 1539). Uważam, że wspomniane sejmy walne w symboliczny sposób kończyły drugi etap walki o egzekucję praw i reformę państwa. Dodatkowo pierwszy z nich miał osądzić przywódców wystąpienia spod Sokolnik z dnia 22 sierpnia 1537 roku¹. Upraszając, można powiedzieć, że rycerstwo, które zwołało *concionabulum* pod Sokolnikami wystąpiło z szeregiem postulatów w stosunku do króla, domagając się przede wszystkim reformy państwa oraz egzekucji prawa. Nawiązywało jednocześnie do zastosowania w praktyce idei wyrażonej w roku 1521 pod Bydgoszczą, to znaczy sejmu, w którym uczestniczy całe rycerstwo². Sam przebieg zjazdu został opisany przez Stanisława Orzechowskiego i wydany jako *Conciones*³. Widać wyraźnie, że wszystkie postulaty były w gruncie rzeczy powtórzeniem tez znanych już od początku panowania Zygmunta I. Cytując jednego z uczestników wydarzeń spod Sokolnik, można narysować taki obraz: *Widziałeś tam obnoszone nie włócznie, lecz prawa, nie tarcze, lecz statuty*⁴. Oczywiście było to stanowisko tylko jednej strony. Druga, w osobie monarchy, uważała, że prawo zostało złamane, a buntownicy powinni być osądzeni i ukarani zgodnie z obowiązującym prawem.

21 lutego 1538 roku skierowane zostały pozwy z Piotrkowa przeciwko: Mikołajowi Taszyckiemu⁵, Żegocie Morskiemu⁶, Janowi Kościeniowi, Stanisławowi

¹ Por. Z. Wojciechowski, *Zygmunt Stary 1506–1548*, Warszawa 1979, s. 365.

² VC, t. 1, v. 1, s. 346.

³ Część badaczy niesłusznie nazywa *Conciones* diariuszem opisującym zjazd lwowski z roku 1537. Za W. Uruszzakiem przyznać należy, że nie powinno się go jednak traktować jako diariusz w powszechnym tego słowa rozumieniu. W. Uruszzak, *Sejm walny koronny 1506–1540*, Warszawa 1980, s. 9.

⁴ Cyt. za: Z. Wojciechowski, *Zygmunt Stary*, dz. cyt., s. 365.

⁵ K. Niesiecki, *Herbarz polski*, t. 9, Lipsk 1842, s. 54.

⁶ B. Paprocki, *Herby rycerstwa polskiego*, wyd. K. J. Turowski, Kraków 1858, s. 146.

Płazie⁷ oraz Walentemu Dembińskiemu⁸. W dokumencie Zygmunt Stary nakazywał oskarżonym stawić się w piątek 8 marca 1538 roku przed sądem królewskim. Mikołaj Taszycki został pozwaný za to, że w czasie pospolitego ruszenia doprowadził do wystąpienia szlachty przeciw królowi. Jego współpracownicy oskarżeni zostali zaś o to, że udali się z poselstwem do szlachty wielkopolskiej, nawołując do buntu i tym samym wystąpienia przeciwko królowi. Wszyscy zostali również oskarżeni o obrazę majestatu⁹.

W wyznaczonym czasie stawili się oskarżeni wraz z dwoma braćmi Zborowskimi, z których Marcin, również miał być pozwaný z powodu czynnego udziału w tym zjeździe (*concionabulum*) i mów, które wygłosił, a które skierowane były przeciwko Zygmunowi I oraz Bonie¹⁰.

W dniu 9 marca 1538 roku król wraz z całym senatem zasiadł na siedzbie sejmowej. Zanim instyigator z ramienia Zygmunta I (Jan Tarnowski) wniosł oskarżenie, Piotr Zborowski kasztelan małogoski wstał w imieniu oskarżonych, prosząc ...aby z tych pozwów J.K.M. na nie wydanych byli wypuszczeni, jako ludzie niewinni, którzy nic sobie takiego, aby obrażać miało Majestat J.K.M., ani Rzeczypospolitą w zamieszanie i w niebezpieczeństwo nie przywodzili, ofarpując się swoją niewinność sposoby wszelakimi okazać, tylko aby J.K.M. uszy do przesłuchania ich sprawy nakłonic raczył, a co i zaś i powtore J. K. M. uniżenie i pokornie proszą, zdając się na łaske J. K. M.¹¹

W Archiwum Czartoryskich w Krakowie znajduje się zbiór aktów sądowych ziemi sieradzkiej, oryginalnych i urzędowych odpisów, między którymi znajduje się jeden, szczególnie ważny dla zrozumienia wydarzeń lwowskich z 1537 roku. Jest to *Decretum Sacrae Regiae Maiestatis ratione concionabuli anno Domini 1538*. Jest to kopia urzędowa protokołu procesu sejmowego z 1538 roku przeciwko Mikołajowi Taszyckiemu oraz jego najbliższym współpracownikom, wytyczonego im przez króla Zygmunta I. Jak twierdzi W. Pociecha, tekst oryginalny pochodził z XVI wieku, był pisane jedną ręką i poprawiony przez jednego z urzędników sądowych, którego podpis jest nieczytelny¹².

W kwietniu 1538 roku Paweł Plotowski, który uczestniczył w sejmie piotrkowskim, przesłał z niego bardzo szczegółowe relacje Janowi Dantyszkowi oraz przekazał mu kopię tego protokołu. Brakującą część W. Pociecha uzupełnił na

⁷ K. Niesiecki, *Herbarz polski*, t. 7, dz. cyt., s. 327.

⁸ A. Dembińska, *Walenty Dembiński*, PSB 5, s. 78–79.

⁹ W. Uruszzak, *Sejm walny koronny 1506–1540*, dz. cyt., s. 18. Por. E. Dubas-Urwanowicz, *Stronnicy królewscy i opozycjonisi wobec monarchy w dobie zjazdu lwowskiego i rokoszu sandomierskiego. Próba porównania*, [w:] „Król a prawo stanów do oporu”, pod red. M. Markiewicza, E. Opalińskiego, R. Sowrona, Kraków 2010, s. 118.

¹⁰ Ibidem.

¹¹ Bibl. Jag. Przyb. 9/79, s. 316–317.

¹² Ibidem, ss.4–5.

podstawie polskiego tłumaczenia tego dekretu, który powstał w okresie rokoszu Zebrzydowskiego i znajduje się w zbiorach Radziwiłłów z Nieświeża¹³.

Wartość prezentowanego źródła znajdującego się w materiałach Władysława Pociechy polega przede wszystkim na tym, że jest to akt pochodzący bezpośrednio z epoki, a nie kopia sporządzona przeszło wiek później w okresie Rokoszu Zebrzydowskiego¹⁴. Wydaje się, że należy pogłębiać badania nad epoką zygmuntowską, wykorzystując wszystkie dostępne materiały źródłowe, tym bardziej że we współczesnej historiografii problematyka ta jest tak mało zauważana.

***Decretum Sacrae Regiae Maiestatis ratione concionabuli
anno Domini 1538¹⁵***

Actum Petricoviae in Conventione Generali Sabbato ante Dominicam Invocavit, anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Octavo, Dominis assessoribus protunc Judicio praesidentibus.

Dum at quando Procurator, seu Instigator Officii Sacrae Maiestatis Regiae, ex speciali Mandato et commissione Regali propositionem iudicialem facere voluit et paratus erat, coram Sacra Maiestate Regia et dominis consiliariis regni protunc lateri ascendentibus at iudicio Regali ex parte Maiestatis Regiae Sacrae in et contra ac adversus Generosos: Nicolaum Thasiczki de Luczanowicze Judicem Terrae Cracoviensis, necnon Żegota Morski, Valentimum Dabieński, Stanislaum Plaza de Mstyczow et K Joannem Koścień de Wywlo, ex citationibus litteralibus e regalibus super quamlibet eorum seorsivis ac specificis emantis ex Officio Maiestatis Regiae, quae citations fuerunt et sunt scriptae et extraditiae super eos ex parte Maiestatis Regiae, iuxta easdem citationes latius canentes et mandavit clamari easdem citatos Ministeriali terrestri de iure [.....] facere volens propositionem et id quod iuris est super easdem citations contra /praedictas personas/ seorsivas, qua rum citationum tenores sequuntur tales: Sigismundus /primus D.G./ Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviaeque etc. dominus et haeres. Tibi Nobili Nicolao Thasiczki Judici Terrestri Cracoviensi de Lucianovicze et de omnibus aliis bonis tuis per te quomodo libet in regno nostro habitis et possesis Mandamus quatenus coram Maiestate nostra Regia et Consiliariis nostris lateri nostro protunc assistantibus Piotkoviae aut ubi protunc cum Curia nostra feliciter constituti fuerimus feria Sexta post Cinerum proxima nuc instans Ad instantiam Maiestatis nostrae personaliter compareas. Citamus te, quia tu, sub hoc tempore expeditionis bellicae, quam pro defensione regni nostri

¹³ Ibidem. Por. też: AGAD, AR II, teka I, nr 16: *Dekret sejmowy na rokoszan 1538 roku*.

¹⁴ Bibl. Jag. Przyb. Nr 9/79, s. 5.

¹⁵ Archiwum XX Czartoryskich, 3347, nr 120, k. 194., w: Bibl. Jag. Przyb. 9/79.

contra hostes nostros in Conventione Generali Cracoviensi ante ipsam expeditiō-
nem bellicam indixeramus et constitueramus nobilitati terrarium nostrarum ad id
convenienti, tu sine ulla admissione et voluntate nostra sed autoritate et temeri-
tate propria ausus es convocare una cum certis complicibus seditionis faciendi
Una tecum autoribus Nobilitatem terrae Sandomiriensis et aliarum terrarum an-
nexarum, quod Con[.]ionobulum vestrum Rokosz apellastis, quod fecistis in loco
videlicet campo inter Sokolniki et villam Zubrza iacente. Ex ipsoque contio-
nabulo missistis Nobilem Andream Trzecieski ad Nobilitatem Maioris Poloniae
concitantes eos et admonentes ad simile ut tu cum tuis complicibus fecisti conspi-
rationem et sedicionem, quae omnia cum palam acta sunt negari inficiari posunt,
in quo praefato conventiculo non solum fuisti, sed etiam praefuisti magna pars
omnium tumultuum, qui gerebantur extitisti, quod quidem fecisti in levipendium
autoritatis et superiositatis nostrae in magnamque Reipublicae iacturam, oblitus
debiti et officii tui ac subiectionis, quam nobis ut Regi et domino tuo naturali
debes, cum nemini probo subdito liceat iure gentium contra suos dominos facere
conspiraciones vel aliquos tumultus aut conciliabula sine scitu, voluntate permis-
sioneque principis sui, ubi enim talia licent, nulla tra/nquillita/s nullus bonus
ordo, nullum legitimū regimen subsistere po/sset multaque/ scelera e scandala
rerumque omnium exinde totiusque reipublicae confusio ruina evenire posset,
ubi talia licent talisque /t/ meritas si esset impunita transiret in pessimam se-
quillam, dedecus multorum, ruinamque commune omnium, pout tibi in termino
latius declarabuntur. Quod si comp[...] eris, sive non, nos id, quod dignum et
iustum erit aequitasque suadebit Deum et Justiciam prae oculis habentes, iuxta
demeritum excessus, contumacia tua non obstante contra te, ut in tali delicto
et excessu licebit procedemus, quod pensamus contrite ad poenam, quam con-
tra te decernemus, iudicialiter sis responsorum. Cum aliis vero complicibus tuis
etiam huius delicti participibus et autoribus, nobis reservamus ad similes citationes
speciale actionem. Datum Piotrkoviae feria quinta ante festum Sancti Mathiae
Apostoli. Anno domini Millesimi Quingentesimo Trigesimo Octavo, Regni vero
nostrī Trigesimo secundo.

Citationum vero, quibus erant praefati nobiles Joannes Koścień, Stanislaus
Plaza, Żegota Morski, Valentinus Dębieński, quamvis citationes quorum litte-
rales et specificē sunt super quem libet eorum videlicet seorsiva specialisque
citatio eundem terminum ut supra et eandem datam continens, tenores in una et
eadem verba fuerunt, scique super quemlibet eorum proposition citationis erat
scripta: Citamus te, quod dum nonnulli authores certaeque personae sedicionis
faciendi, conciliabulum, alias Rokosz in campo inter villas Sokolniki et Zubrza
iacente fecissent, ex tunc tu existens cum praedictis temerariis personis seditionis
autoribus in ipso conventiculo, admisisti te eligere in nuntium profectusque es
eo nomine et cum his mandatis in obviam nobilitati maioris Poloniae concitans
et hortans eos ad tumultum et seditionem faciendum, unde ex isto nuntio et
ipsis persvasionibus adhortationibusque quam fecisti nomine praefatorum sedi-

ciosorum, per quos fuisti ad hoc transmissus, Enormis sedicio et tumultus non sine gravi Reipublicae iactura facta est. Quae omnia cum palam acta sunt negari nec inficiari possunt. In quo praefato conventiculo non solum solum fuisti, sed etiam praefuisti magna que Reipublicae iacturam oblitus debiti et officii tui ac subiectionis, quam nobis ut Regi ac domino tuo natur ali debes, cum nemini probo subditu liceat Jure gentium contra suos Dominos facere conspirationes, vel aliquos tumultus aut Contionabula sine scitu, vonluntate et permissione principis sui, ubi enim talia licent nulla tranquillita, nullus bonus ordo, nullum legitimam regimen subsistere posset multaque scelera scandala rerumque omnium exinde totiusque Reipublicae confusio ac ruina evenire posset, ubi talia licent talisque temeritas si esset impunita transiret in pessiam sequellam, dedecus multorumque, ruinam communem omnium, prout tibi in termino latius declarabitur. Quod sive comparueris, sive non, nos id, quod dignum et iustum erit aequitasque suadebit, Deum et Justitiam pre oculis habentes iuxta demeritum excessus, contumacia tua non obstante, contra te, ut in tali delicto et excessu licebit, procedemus, quod nobis pensamus contra te ad poenam, quam contra te decernemus, Judicialiter sis responsorus. Cum aliis vero complicibus tuis etiam huius delicti participibus et autoribus nobis reservamus citationes specialem actionem.

Aliarum vero citationum supra praedictas personas tenores ex quo in una et eadem verba fuerunt prout praedicta citatione, propter prolixitatem in acta praesentia non sunt inaestae. Extunc ibidem in continent coram Maiestate Regia et Dominis Consiliariis Regni, protunc assidentibus, Ex adverso personaliter comparentes praefati Generosi Nicolaus Thasiczki, Joannes Koścień, Stanislaus Plaza, Żegota Morski, Valentinus Dąbienski, per suum amicum sis protunc ibidem assistantem, Generosum Petrum Zborowski Castellanum Malgostensem, extra iudicialiter, non intrantes in responcionem aliquam iudiciale, nec se implicere volentis in Judicium cum Maiestate Sua Regia domino suo clementissimo, verbis multis, humilibusque, amplissmis supplicationibus tamen in eum sensum humilime porrectis supplica verunt de eisdem ac citationibus emitti, velut innocentes homines, nec aliquid erga offensam Maiestatis Reagiae et Reipublicae detrimentum [...] perturbationem facientes, seu excedentes seque ac suam Innocentiam de ducere volentes [...] [...] Suae Maiestati et ad amussim ostendere non intrantes in Judicium [...] um eis Maiestas Suas aures piissimaset tempus ad [...] talia faciendum admittere dignaretur, pro quo interum atque iterum se ad misericordiam Regia Maiestatis dantes supplicaverunt humiliiter. Et tandem Sacra Maiestas Regia cum dominis Consiliariis Regni audire eorum excusationes et deductiones innocentiae quas facae velleut admisir in praesentia suae Maiestatis Antequam in et contra eos ex citationibus propositio Judiciaria emitteretur per Instigatiorem Regia Maiestatis reservans tamen Suae Maiestati propositionem salvam et omnia, quae Juris fuerint super citationes quibus citati sunt praedictas. Extunc ibidem in continent praefatus Nicolaus Thasiczki Judex Cracoviensis Generorum: Żegotae Morski Valentini Dąmbieński Joannis Koscien, Stanislai

Plaza nominibus ex eorum ibidem pastantium personali comissione et publica affectatione in praesentia Suae Sacrae Maiestatis Regiae et Dominorum Consiliariorum Regni declarans et deducens innocentiam suam et ipsorum amplissimis et humillimis verbis ac petitionibus ad Regiam Sacram Maiestatem porrectis locutus est, et si omnia verba eius praesentibus actis inseriri debuissent vix possibile esset easdem posse debite scribi, praesertim propter proxilitatem eiusdem sermonis, immo et audiendo et legendo taedio magno forent et longo tempore necessitarentur tralia scribi essetque id cum maxima praepeditio et negligencia aliarum causarum aliorumque hominum in presenti conventione existentium et officiis Notarii Terrestris habentis plurimas expeditiones, multorum hominum de toto Regno processus, infestarent, ac tarcerent in eum sensum et modum verba essentialia fecit:

Serenissime ac invictissime Rex Domine Domine clementissime, quilibet nostrum Juventute sua nihil quicquam fecit incongruum et dishonestum et id quod foret adversus mentem et animam Vestrae Sacrae Maiestatis Regiae Domini nostri clementissimi et in damnum Reipublicae vergeret, sed semper pro omni posse et facultate nostris fuimus humiles virtuosique servitores et subditi Sacrae Maiestatis Regiae omniaque honesta et utilia pro omni posse nostro humillime exhibentes, [.....] di et exhiberi porati existentes ab ineunte aetate ad extrema vitae suae tempora. In hac accusatione et suspicione, quam incidimus ad Sacram Maiestatem Reginam, sumus innocentes et innoxii, quod notum et clarum e[.]sc speramus et putamus Vestrae Maiestatis Regiae et aliis omnibus Regni subditis. Etenim ad Bellicam Motionem Leopoliensem novissime transactam nos omnes et cum hac Nobilitate, que ex Districtibus Terrae Cracoviensis, videlicet Dandecensis, Bieczensis, Voynicensis, Prosoviensis et Xiąznensis per Dominos Castellanos ad ducendum loco Dominorum Castellanorum nobis commissos, post emisionem Restium ultimarum ivimus mox post exitum Vestrae Sacrae Maiestatis Regiae de Cracovia versus Leopolim, interdum anticipantes, interdum sequentes loca nocturnorum Vestrae Sacrae Maiestatis Regia vixoue dum Vestra Maiestatis Regia intrare as [.....] cum non parva congregazione Nobilitatis exivimus in obviam Vestrae Maiestatis Regiae, velut humiles subditi et servitores Vestrae Sacrae Maiestati honorem debitum exhibentes, conduximus in Leopolim et humilime cum reverentia, qua maior esse potuit, exceptimus eandem Sacram Maiestatem Vestram Rex Regiam. Ex illine tendem divertimus ad loca stationum nostrarum et tentoria nostra, ubi res necesarias pro victu, pro pecuniis nobis paraveramus, ibidem manendo per aliquot septimanas quicquam aluid cogitavimus, modo id, quod esset pro honore Vestrae Maiestatis Sacra Regiae et Reipublicae necessitate et iurium libertatumque regni conservatione debita, quorum executionem in conventionem generali Cracoviensi pro ilio tempore Nuntii Terrestres petebant. Saepius visitabamus Leopilimet taedio affecti ob moram [.....] ecimus nihil operantes, sed expectantes adventum Nobilitatis terrarum Maioris Poloniae, qui tardius protunc advenerant. Ardue desiderabamus [.....] ea necessitate ad quam educti Re-

stibus fueramus procederetur [.....]ceterim vero existentes attediat mora illa diuturma quid [.....]ltra expectandum ac agendum esset aliquotiens apud Vestram Sacra Maiestatem suis supplicationibus informari et resolve suplicavimus, nihil aliud responsi habentes protunc, modo utix expectemus Nobilitatis totius Regni adventum. In qua mora et longi temporis spatio in mutius congressibus et colloquiis cum illarum terrarum Maioris Poloniae multa ac fere tota Nobilitate, querendi quid causa sit? Quod tam negligenter Nobilitas Maioris Poloniae non convenerit curque retardantur ista belli protunc ad quae coveneram [...] illic initia, fecimus inter nos congressus amicabiles in locis certis prope Sokolniki, ubi conveneramus invicem et tractavimus negotia honesta Reipublicae et nobis incolis necessaria, pro libertatibus Regni et privilegiis conservandis de quibus etiam tractatum fuit in Conventione Cracoviensi novissime transacta, ut videlicet ista discordia suscitata diu pro executione iurium et privilegiorum Regni neglectorum componatur et finem bona accipiatur ex quo in conventione non potuit finiri. Et nihil aliud et praesertim quod esset et vergi debeat in laesionem et offensam Maiestatis Sacra Regia Vestrae et Reipublicae perturbationem et quae non licent nobis virtuosis subditis facere. Pro quo si sciremus protunc et etiam nunc inter nos aliquam talem esse et talia molimentem id tutari vellemus paratique fuimus et sumus etiam ad extremam effusionem vitae uniuscuiusque nostrum. Tandem ex eadem nostra congregatione ad quam conveneramus miseramus quondam Nobilem qui se ultro ad id obtulit, in obviam Nobilitati Terrarum Maioris Poloniae ut citius properent versusque Leopolim suam diutundam [...] tardum adventum aggravantes et declarantes ne [...] quae protunc essent summae necessariae ad agendum [...] stituta et necessitas exposcebat faciendum. Ac [...] praemissa omnia non fecimus aliquo nolo Reipublicae [...] et in modum indecentem aut bonis ac virtuosis subditis [...] esse id debeat contra offensam Maiestatis Regiae Sacrae [...] prout sumus citati, sed pro necessitate Reipublicae iuriumque et libertatum ac privilegiorum Nobilitati Regni Poloniae concessorum a predecessoribus Vestrae Maiestatis Sacrae Regiae impetranda et obtainendam executionem, pro quibus conservandis et reformandis Ac eorum executione protunc et antea semper supplices petebamus multotiens in conventionibus antea transactis, in bonum modum id repetitis precibus supplicantes, prout etiam praedecessores nostri Nobiles Regni Poloniae talia Honesta libertates et iuria tangentes apud Divos Reges Poloniae predecessors Vestrae Maiestatis Sacrae in multis locis comprestraliter in Bellica Motione petebant et supplicabant, ut constat ex statutis et Privilegiis circa Opoki, Nieshowa, Czerwiensko confectis et datis, omnia tamen, quae fecimus protunc et semper, ut dixi, bono animo non malo, nec incongruo fecimus nuncquam id cogitantes nec facientes, quod esse debeat contra offensam Vestrae Sanctae Maiestatis Regiae Domini nostri clementissimi et in perturbationem aliquem Reipublicae, prout citati sumus nec alias conpiraciones fecimus quae offendere debeant Vestram Sacram Maiestatem Regiam aut commotionem in debitam facere in

populo, vel aliquam perturbationem Reipublicae. Ad quos tractatus et congressus ut[.....] et necessarios postea factos circa Leopolim Vestra Sacra Maiestas Regia [.....] licationes Nobilitatis admisit duos consiliarios [.....] redi. Itaque humillime suplicamus dignetur nos [.....] re nec in ea opinione habere prout sumus ac[....] intrare in Judicium cum Vestra Sacra Maiestate Regia humiliiter offerrimus tan[...] Ad misericordiam Vestrae Sacrae Maiestatis Regiae recurrentes. Tandemque humiliiter petierunt Sacram Maiestatem Regiam Juniorem Regem et Dominos consiliarios Regni pro gratiosa intercessione faciendum ut Sua Sacra Maiestas Regia eos gratiouse exaudiret et absolvere dignaretur cum eis non intrans in Judicium modo repetitis vicibus se ad gratiam et misericordiam Sacrae Maiestatis Regiae confugiebant affirmantes ut supra et nunc quia has congregations et congressus non in malum modum nec aliquod detrimentum Reipublicae, nec malo animo fecisse videantur. Instigator vero Officii ex parte Maiestatis Regiae Sacrae voluit et paratus fuit cum eis Juridice secundum citationes et eorum excessum procedere et protestabatur cum citationibus eisdem, presertim ex quo palam et manifeste se fatentur congregations et congressus fecisse et adversus Nobilitatem Maioris Poloniae missise nuntium et eos convocasse ad istos congressus seu conventus, qui eis nunquam erant admissi per Maiestatem Regiam facere immo tales congressus et Concionabula in omni Republica et presertim in Regno Poloniae ne fiant sine voluntate et admissione Regiae Maiestatis sunt districte prohibita et legibus vetita. Sacra vero Maiestas Regia exauditis praedictis supplicationibus eorum, parumper cum Dominis Consiliariis Regni super haec consultare dignata est et deliberare super responsionem eis dandam Demum vocatis eisdem Generosis Nicolo Thasiczki, Żegota Morski, Valentino Dambienski, Joanne Koscien, Stanislao Plaza, Sua Sacra Maiestas Regia mandavit eos in praesentia Suae Maiestatis interrogare si omnes earum in hoc responso perstare quod per Cracoviensem iudicem est dictum, vel si propositionem Juridicam [.....] Maiestatis Suae super citationes quibus sunt citati supplicaverunt, ut supra nolentes intrare in Judicium cum Sacra Maiestate Regia Domino Suo clementissimo, sed se dare ad gratiam et misericordiam Sacrae Regiae Maiestatis Domini sui clementissimi circa suas [.....]les coram sua Maiestate ut prefertur a[.....] Regiae expectantes ex misericordia sua Regali faciendum. Itaque Sacra Maiestas Regia una cum aliis consiliariis Regni et Judicio Suae Maiestatis Regali attendantes et largissime declarantes amplissimisque verbis deducentes et attendantes eorum excessum erga suam Sacram Maiestatem Regiam et in maximum detrimentum Reipublicae modo praemisso ex concitatis et suggestis congressibus et conventiculis per ipsos principaliter et primarie inceptis ac aliis rebus in citationibus large expressis factis, criminis laessae Maiestatis obnoxii, ex quo de iure et legibus nemini subditorum in Regno licet facere aliquos conventus congregationsque et congressus qui sopiaunt et continent in se conspirationes ad tumultus nocivos incongruous, Regiam Maiestatem tangentes, faciendos, commovendos et excitandos contra principem et

Republicam, quod ipsi sepalam fecisse recognoverunt et fassi sunt in suis excusationibus predictis, principaliter per eos inceptum et factum, alia Nobilitate Regni praesertim terrarum Maioris Poloniae protunc nondum adveniente, quamvis dicunt se id fecisse bono animo in bonum modum non in malum, quia tamen talia faciend nulli subditorum in Regno Poloniae sine speciali admissione Regiae Maiestatis liceat, nec convenient haec cuiquam contra Dominum et principem suum ac Republicanam, immo sub gravissimis poenis id ne fiat est prohibitum legibus, statutis, Privilegiis et Consuetudinibus pro lege tentis pl[.....]tiones, conspirationes in honestae sequi ex[.....] haec nimium offendunt dignitatem [.....] Republicanam, quod etiam apparuit et[.....] Poloniae, iam factum testantur damna per inimicum [.....] ribus suscitata per eos modo premisso congressibus, quae sunt suspitiosa in quo[.....] conspirationem sapientes a[.....] et in malam [.....] verger[.....] et in posterum talibus occurrere rebus, qui congressus, si etiam in modum optimum facti essent et multa bona prae se ferent ex quo tamen non admissi, immo prohibiti in qualibet Republica non possent eos excusare ab eorum excess, quamvis etiam allegassent in sua excusatione circa Opoki et Czerwiensko Jura et libertates obtinuisse a praedecessoribus Regibus Poloniae non intelligitur ibi nec scribitur, quod talia iura et libertates in honestis conspirationibus et congressibus obtinerent, solum humilimis supplicationibus. Quamvis enim cum talibus procedere vigore Juris et legum pro tali excessu sua Maiestas proposuerat procedere iuridice velut cum Turbatoribus Reipublicae et excedentibus erga Maiestatem Suam et contra eos extendere poenas legum et Jurium ac statutorum Regni desuper editorum, sine omni misericordia prout id contra eos et omnes tales, qui talia contra fas et prohibitionem facerent venire debuit, Nihilominus tamen Sua Sacra Maiestas Regia ex inaudita clementia sua quam semper habere dignata est erga subditos suos tempore sui felicis regiminis se ad misericordiam magis quam ad Justitiam acclinando eosque ex clementia sua et ad intercessionem Dominorum Consiliarioeum Suae Maiestatis in gratiam et misericordiam ad quam ipsi citati confuerunt suscipiendum gratiose habitu desuper Dominorum Consiliariorum protunc lateri assidentium consilio, ita decernere dignata est et decervit praesentibus: Quem ipsi magnum excessum fecerunt et officium [.....] erga Serenissimam Maiestatem Regiam Dominum suum clementissimum [.....] conventiculis alias Rokosze et congressibus [.....] modo praemisso sine speciali consensus et [.....] citantes Nobiles terrarum Maioris Poloniae [.....] citationes quibus sunt citati ad instantiam [.....] volens autem eos cum misericordia ad [.....] eosdem omnes citatos videlicet Nicolaum Thasiczki, Valentimum Dambienski, Joannem Koscien et Stanislaum Plaza Sua Maiestas decrevit et praesentibus decernit, fore hac military sponsione fidei obligandos et in eadem sponsione fidei ad arbitrium Suae Maiestatis servandos esseque eo modo captivos alias za wieznie Suae Maiestatis Regiae et pro tali excess puniendos secundum misericordiam et gratiam Suaeque Maiestatis arbitrium cum consilio Dominorum Consiliariorum Regni,

protunc cum Sua Maiestate assidentium. Qui quidem Nicolaus Thasiczki iudex Cracoviensis, Żegota Morski, Valentinus Dabienski, Joannes Koscien, Stanislaus Plaza, mox ibidem in praesentia Regiae Maiestatis et consiliariorum et omnium protunc asstantium per Magnificum Joannem de Tanczyn Marsalcum Curiae Regalis ac Woynicensem Castellanum sunt pro parte Regiae Maiestatis sponsione fidei debitae obligati et astrioti, verbis debitibus et legitimis in talibus consuetis fieri cum assignatione et praefixione temporis, quando videlicet eos Maiestas Regia suis litteris specialibus ad comparendum ac satisfaciendum eidem obligationi Avisare dignabitur, ubi tunc comparere tenebuntur ex debito obligationeque praedicta pro tempore et die in litteris praedictae Maiestatis Regia quibus eosdem avisare dignabitur eis praefixo in loco per Suam Maiestatem Regiam talibus literis designato iuxta praedictam obligationem sponsonis fidei factam soleniter.

Correxit Nabielski